

Aduertencias para

ualì, año Domini. 1505. celebrati, ubi sic habetur. Declaratur, quod illa clausula in tabula Capituli Generalis Albiensis precedentis inserta, scilicet, quod Guardiani & eorum Vicarij habeant auctoritatem Prælatorum in foro conscientie. &c. sic debet intelligi quod, scilicet, auctoritas per Patrem Provincialem concessa guardianis remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis guardianis extra suum Conuentum pro suis negotijs exequuntibus. Hęc ibi. Circa quas constitutiones notat primo, quod iam communiter in literis guardianatus ponitur predicta Cōmissio, seu auctoritas concessa guardianis per Provinciales. Ideo ibi videatur quid eis committitur ex vi sui officij guardianatus, & quomodo? quia nihil aliud neque aliomodo possunt ex vi sui officii, nisi quod & quomodo eis sic in literis guardianatus committitur super casibus reservatis, & alijs pertinentibus ad officium Ministri Provincialis. Dico ex vi sui officii guardianatus nihil aliud possunt. &c. quia tanquam personæ particulari potest eis aliud, seu aliter committi particulariter à Prædictis Ministris, tamen ex vi guardianatus nihil aliud habent.

com-